

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Pvb. Virgilio Maronis Bucolicorum Eclogæ X, Georgicorum Libri III, Æneidos Libri XII

Vergilius Maro, Publius

Genevæ, M.DC.XXXVI.

Vorwort

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-548](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-548)



## LECTORI S.



*VI* hoc opus edendum curavit, non pepercit labori suo in conquirendis conferendisque optimis exemplaribus: quæ autem iis perscripta continebantur, & Serviane deerant editioni, omnia iam olim exscripsit summa fide, singulis, ut oportuit, suo loco & ordine collocatis. Nunc istorum Codicum parte destitutus, vix ordinem suum agnoscere potuit, nec indicare quid quodque desumptum esset Codice: *Quinque* enim exemplaribus præcipue est usus, *LEMovicENSI* in septem posteriores *Eclogas*, & *Georgicorum* librum primum, usque ad versum ducentesium septuagesimum octavum: *FLORiacENSI* in aliquot locos *Georgicorum* & *Æneidos*, si bene meminit, quia is desideratur, & fortasse an uspiam sepositus ab amico, in cuius manum depositus fuerat: *ANTIssiODORENSI* in omnem *Æneidem*: *TyRONENSI* in certos eiusdem locos, eadem quæ *Antissiodorensi* interpretatione singulari, sed paulo integriore: & *FVLdENSI* in primum & secundum *Æneid.* neque tamen vno quouam eorum, *Seruij* aut vllius veteris Interpretis nomen inscriptum esse fateatur. Quò sit ut non facile legentibus auctor accesserit, pura puta *Seruij* omnia ut teneant quæ iam nunc eduntur: Sed ex iis pleraque meliora, vel vnius testimonio *Macrobij Saturnal. VI. cap. VII.* quo loco inducit *Seruium Doctorem doctissimum, & Doctorem maximum*, enarrantem vim ac proprietatem verbi vexasse, his de *Scylla* versibus,

Candida succinctam latrantibus inguina monstris,  
Dulichias vexasse rates.

*Ea* siquidem interpretatio sub nomine *Seruij* à *Macrobio* relata, iisdem verbis hic extat. *Cætera* ex antiquorum Poëta Interpretum diuersis *Commentariis* selecta non abs re fortasse quis suspicari possit.

I N